

235
8
DISSERTATIO JURIDICA
DE 1709, 3 a
**NECESSARIA ULTIMARUM VOLUNTATUM
PRÆLECTIONE,**

QUAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRANCISCO ERNESTO,
HASSIÆ LANDGRAVIO, PRIN-
CIPE HERSFELDIÆ, &c. &c.

PRÆSIDE
DN. MELCH. DE THMARO
GROLMANNO,
J. U. D. EJUSD. FACULT. PROFESSOR. ORD.

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SUBMITIT

D. XXIII. DECEMBR. M. DCCIX.

A. C. R.

JOHANNES GOY, MARBURGO HASSUS.

GISSÆ-HASSORVM, Typis JOH. REINH. VULPII, Acad. Typogr. Ord.

1000
JOHANNES GOETZ MARBURGO HABENS
D. XIX DECEMBRIS MDCX.
INDICO DIVIDOREM ET AMMUNI TAMENTUM
JUDICIS. FACULTATIS PROFESSOR ORD
GROTMANNI
DN. MELCH. DE THMERO
HASSE LANDGRAVIO. PRIN
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
RECTORIS MAGISTRICENSISSIMO.
PRÆFECTIO
MARINI VOLINTATIM
NECESSARIA ULTI.
DE
DUCERATIUS JURIDICA



os (z) 60

I. N. D. N. J. C. A.

CAPUT I.

Definitionem Nominalem cum Reali ejus-
que divisiones exhibens.

S U M M A R I A.

Definitionem nominalem seu *praelectionis Etymol. Homonym.*

& *Synonymiam* §. 1.

Realem vero cum ejus explicatione §. 2.

Varias thematis divisiones, pricipue autem in *praelectio-*
nem veram & presumtam §. 3. continet.

§. I.

Rælectionis Etymon magna cum indu-
stria scrutari, inque ejus originem an-
xie & pertinaciter inquirere, tanto mi-
nus fructuolum videtur, quanto cer-
tius est, ac etiam Grammaticis, verbum
hoc, non simplex sed compositum, at-
que à *præ* & *lego*, derivatum esse, co-
gnitum existit; Aliquando Editionem, ita Codex repeti-

A.

xx

ex prælectionis, revisus & secunda vice editus in *Constit.*
Cordinobis §. 3. de emendat. *Cod.* subinde Enucleationem
 aut succinctam rei Expositionem, uti sæpius apud JCros,
 quie jussi modi generis lucubrations adornarunt, vel etiā
 ante aliam, seu primo loco factam lectionem *Fab.* in *Lexic.*
 voce *prælectio*, denotat. Alias constans una & simplex hujus
 vocis, ejus quod scriptis continetur, oralem patefactionem
 indigitantis, significatio est, & saltem per additum, velu-
 ti *Prælectio* Instrumenti *Rec.* *Imp.* de Ao 1512. tit. vom *Une-*
terricht der Notarien §. Und am meistern ic, DD. ad L. 17. C. de
fid. *Instrum.* *Sententiae*, tot. iir. C. de sent. ex brev. *recit.* *Ord.*
Crim. Art. 104. Anniversaria in electione officialium *Instrum.*
pac. *Cef.* sive *Art.* 5. §. 8. & 11. *Actorum Ord.* *Crim.* Art. 81. add.
Art. 90. in fin. *Confessionis*, Art. gr. &c. uti hic per ultimam
 voluntatem determinatur, & alibi *recitatio* dici-
 tur ut in *L. 8. C.* qui *testam.* fac. poss. ac sæpius in *Formular.*
Marculph. apud *Baluz.* occurrit. Quid per *Ultimam vol-*
luntatem intelligamus ex iis quæ in *Dissertat.* de *Epistol.*
hom. *ultim.* à *Dn. Præside*, Patrono & studiorum meo-
 rum Promotore ad cineres usque colendo, sub Cap. i. §.
 2. & 3. relata sunt, facilis negotio patescit, neque ea quæ
 perspicua sunt, diutius moratur.

§. II.

Est autem supremi elegii, legitima & oralis,
disponenti subinde & testibus a tercio, facta re-
citatio: Dicitur (1) *Recitatio oralis*; ut intelligamus *præle-*
ctionem vocē articulatam desiderare, jungimus (2) *assertio*,
in quo differt à relectione, quam non tertius sed ipse di-
 sponens, nec tamen expressis, ut alii audiant, verbis facit:

Addi-

3

Addimus (3) *disponenti ut personam principalem de cujus voluntate agitur denotemus; & quia aliquando prælectio etiam in præsentia, testium fieri debet, L. 8. C. qui testam. fac. poss. Recess. Imper. de Ao 1512. tit. von Testamenten. §.*
Aber zu eines Blinden / hinc subjecimus Tò subinde & testibus. Diximus Legitima, ut formam prælectionis de qua sub Cap. 3. ulterius agendum innuamus: Denique Supremi elogii mentionem fecimus, quo ipso objectum hujus thematis insinuamus.

236

CAPITI
III.

Et quamvis pro diversitate Causarum prælectio varie dividi possit, utputa ratione *Efficientis* in eam quæ necessaria est, exconvenientia cum jure naturæ, & iussu juris positivi, (2) ratione *Subjecti Activi* in eam quæ sit à personis autoritate publica pollenribus, & illam quæ à privatis expeditur, *Passivi*, quæ sit vitio aliquo affectis, vel nullo virtio laborantibus, *Objecti* in ultimarum voluntatum privilegiatarum, & non privilegiatarum, *Forma*, in eam quæ in præsentia omnium testium, ac disponentis, vel quæ soli testatori, aut non nisi duobus testibus adhibitis contingit &c. In præsentiarum tamen prælectio nem in *Veram* quæ actu contingit & sine cuius intervenitu, totum quicquid dispositum reperitur, ob incertitudinem voluntatis, nullius efficaciae, atque irritum reputamus L. 8. C. qui testam. fac. poss. dict. Recess. Imper. de Ao 1512. tit. von Testamenten §. 9. & 12. uti infra quando de effectu differimus latius demonstratum dabimus: Et *Præsumtam*, quæ etiam si disponens neque testamentum relegerit, neque illud sibi prælegi curaverit, inter-

A 2.

veniente



DCC

veniente creditur, literarum namque peritus, nisi aliud quid obstat, dispositionem ultimam, qua cum decedit, regulariter vel ex re vel prælectione, certam cognitamque habere præsumitur, ita ut in ipso defectum voluntatis nullatenus arguamus, Carpz. Dec. illustr. 149. num. 9. Lynck. Resp. 117. & 125. num. 17. & Dec. 101. Richt. Dec. 32. num. 4. seqq. quod infra itidem suis deducemus.

CAPUT II.

De Causis necessaria prælectionis Externis.

SUMMARIA.

Causa Efficiens prælectionis necessaria est Jus Civile, §. 1. Et quomodo hac in parte concurrat? Nat. §. 2. demonstrat. Causam Efficientem proximam seu Subjectum Activum exhibet, ac in prælegente peritiam literarum requirit, simulque à quibus in testamento principi oblatu prælectio peragenda, declarat.

In §. 4. questio, num soli, Principi de-vel independenti, de prælectione attestanti credatur? sub distinctione resolvitur.

Quis? & an extraneus quoque testamentum Judiciale, recte prælegat? in §. 5. disquiritur.

Neque aliud in testamento cæci obtinere §. 6. exponit. Idque etiam in §. 7. ad prælectionem literarum peritis necessario faciendam, extenditur.

Femina quoque & Homines proprii, quatenus ultimas voluntates rite prælegant §. 8. exponit.

Praelectione facienda (1) *Cœci*, (2) *Analphabetis*, (3) *nomen* quidem suum scribere, sed non legere valentibus, se-
cūs si legere, et si literas pingere nequeant: & quidem
sine sexus discriminē §. 9.

Neque ratio ulla habetur dignitatis, ita ut *Statibus Impe-
rii* prælectione necessario facienda §. 10.

In §. 11. 12. & 13. varii casus in quibus scribere & legere va-
lentibus, dispositio prælegenda, adducuntur.

§. 14. Finem prælectionis obiter insinuat.

§. I.

CAUSA EFFICIENS quæ necessariam ultimarum volun-
tatum prælectionem esse voluit, sine dubio est *fa-
cilitatis dispositio*, & quidem multum hac in parte legibus pos-
tivis, præsertim in testamento Cœci debetur; poterat
enim absolute loquendo, quando carent oculis suam vo-
luntatem coram sufficienti testium numero, declarat, et si
ea nec in Scripturam redigatur, nec testibus aut testa-
tori rursus prælegatur, sufficere, & quidni modo Imper-
rans vellet ut nuncupative tantum, etiam non adhibita
Scriptura, disponat, introduci posset? neque lege sub-
mota, cur *Analphabeti* dispositio coram septem testibus
manifestata, magis, quam cœci valeat adæquata ratio ad-
duci potest, adscribendum itaque hoc unice Imperato-
rum Justiniani & Maximiliani Constitutionibus, qui
prælectionem, ut tanto magis personis modo memo-
ratis prospiciatur, omnis fraudis suspicio eliminetur, nec
in societate humana, hoc in passu, falsa pro veris obtru-
dantur, præsertim cum & memoria testium labilis sit,
üque præmori queant & cœco facile imponi possit, for-

manum disponendi citatis in locis præscriptam adinveni-
se videantur, non quod hæc forma præcise esse debeat,
aut in Republica, alia introduci non valeat, contrarium
enim Leo in Nov. 42. & 69. demonstravit, sed quod
omnibus circumstantiis probe ponderatis, esse non con-
ducat. add. Brunn. ad cit. L. S. C. qui testam. fac. poss. Stryck.
de Caute. test. cap. 4. §. 5. segg.

§. II.

Neque hoc ab Ordinatione Juris naturæ, ulla ratione
alienum dici potest, nam & ei ut omnia sincere, sine omni
fraudis & doli suspicione, optima fide & aperto candore
peragantur, luminopere convenient, et si enim Scriptura ni-
hil cum jure naturæ comune habeat, & voluntas quoquo
modo manifestata suum fortius effectum, tamen ut
fallaciis & hominum machinationibus tanto melius oc-
curratur, etiam convenientes, præcavendi technas, in
ultimis voluntatibus alias frequentes, modos invenire ei-
dem minime repugnat, imo, cum omnis legum Romanarum
dispositio, juri naturæ minime contrariari debeat,
L. 6. de I. & J. etiam cautela hæc quatenus ex Lege Civili
profluit, juris naturæ negative dici poterit: idque
multo magis obtinebit, quando prælectio ad certitudinem
voluntatis inducendam conductit, quid enim magis
absonum & à ratione devium, quam qualemcumque
Scripturam quæ forte ne in minimo quidem cum testa-
toris intentione, convenient pro ultimo ejus elogio vendi-
tare? facile enim ita vera judicia supprimentur, &
dolosis machinationibus, imposturis ac subornationibus,
patens via aperietur arg. *J. 1. J. de testam. milit.* Unde
sponte

sponte sui fluit, quod quoties prælectio majoris caute læ
tantum gratia ex necessitate Legum adhibenda, toties
primitias juri positivo, quoties vero voluntatis nostræ
declarationem importat, de qua non aliter certo quam
mediante ea constare potest, toties ex altiori quoque
principio deduci debeat; idque latius declarat *Cardinal.*
de Luca theatr. veritat. & Iustit. de testam. Discurs. 14.
& 15.

§. III.

Tantum de Causa Efficiente remota, Proximam
seu Subjectum Activū constituant personæ prælegentes,
in quibus literarum legendarum peritia, uti cuivis patet
requiritur, sine hac enim quod in Scripturam redactum,
percipi, aut quod exaratum est paresciri nequit: Sicut
autem ultima voluntas vel Publica vel Privata fide nititur,
illa aut Principi (idem hodie de Statibus Imperii ju-
dicium esto Tabor. de testam. Princip. vel Comir. Imper.
obl. C. 8. §. 12. Stryck. de cautel. testam. C. 7. §. 3.) insinua-
tur, L. 19. C. de testam. aut Judicii offeruntur, d. L. 19. ita priori-
casu Coecis v. g. & Analphabetis dispositionem suam
mediante libello supplici offerentibus, prælectio, non
quidem ab ipso Principe, quis enim tantam ab eo patientiam
requiret? sed ab accessoriis hunc in finem, prout fieri
solet Secretariis, vel alio qualibet, etiam legere valente,
quo de certitudine voluntatis disponentium constare
possit, ad validitatem actus necessariò facienda, ipse
namque supplet quidem defectum solennitatis dict. L. 19.
non vero voluntatis, de qua, nisi recitatione prævia, re-
gulariter fides Principi indubitate fieri nequit. Et Consti-
tutio L. 8. C. qui testam. fac. poss. ad modum testandi cœ-
corum

corum privatum ac ordinarium, non vero privilegium
& publicum pertinere videtur.

§. IV.

Interim hic intricatae quæstionis est; An soli Principi semotis omnibus arbitris agenti, de prælectione cœco vel literarum imperito facta, attestanti, credendum sit? Rarò quidem cum Princeps tot Aulicis stipatus, & corona quasi excellentissimorum virorum semper fere circumdatus incedat, id eveniet L. 19. C. de testament. Casus tamen contingere posset. Sane Stryck, quoties quis coram Principe nuncupative (qui modus tamen jure Civili incognitus dicitur Tabori de testam. Princip. oblat. C. 5. num. 9. dict. L. 19. ibi: per supplicationem item in scrinio, ibi: si rescripta) testatur, præsentiam Secretariorum à quibus dispositio excipienda, desiderat de Cautel. testam. C. 7. §. 13. sed illud nobis parum proderit, cum non quid conducat, sed quid fieri possit quæramus: & quid si Princeps ipse testantis voluntatem in Scripturam nullo adhibito teste redigeret, jam quæstio supra proposita quid statuendum? recurret: Sane si dispositio favorem vel commodum Principis respiciat, eam irritam pronunciabimus L. 9. §. 1. C. de testib. Fab. in Cod. L. 4. tit. 14. d. 67. nam in his ne quidem Imperatori aut Papæ creditur ex Dec. Conf. 528. num. 3. seq. Socin. 2. C. 127. Lynck. in Differt. de his qua lib. princ. & stat. perp. adscrib. §. 15. sin vero, interesse Principis haud subfit ratio nulla appetet, cur ei plena fides deneganda & testamentum inane declarandum sit, hac enim in parte tanquam Principi, quantum 7. testibus tribuimus L. 19. C. de testib.

* * * 9 * * *

test. add. L. 31. C. de donat, &c nihil amplius quam ut Principi voluntas indubitate manifestetur, ibidē requiritur, verba quoque d. L. 19. inter tot nobiles probatasque personas, non dispositiva sed saltem enunciativa sunt, raro enim in tanto fastigio constituti, sine consortio præstantissimorum hominū esse solent, junge Carpz. Dec. 119. n. 20. Rosenth. de feud. Cap. 10. conil. 11. n. 18. seqq. Klock. 2. C. 16. n. 121. seqq. neque quo ad hoc punctum inter Principem indep. & dependentem (etsi alias distinctio hæc etiam usum suum habeat Myns. C. 5. O. 34. num. 5. Treutl. C. 109.) aut inter insinuationem voluntatis à subditis propriis vel alienis factam distinguemus, est enim arbitrii quemcunque hac in parte Imperantem adire, & dispositio L. 19. C. de test. etiam ut modo monuimus hodie ad Status Imperii extenditur Stryck. cum alleg. C. 7. §. 3. Idem dicendum de casu quo dispositurus Principem implorat, ut quosdam ex Consiliariis quibus testamentum insinuetur ad se mittere dignetur, nam & hi prælegendo de voluntatis veritate, quo omnia sine suspicione peragantur, certiores fieri debent, talem autem allegationem à Principe fieri posse nemo dubitat. Brunnen. in parat. ad Wesemb. tit. de testam. quest. 11. Stryck. d. l. §. 5.

§. V.

In testamento vero Judici, Oblato quoties personæ supra allegato defœtu laborant, prælectionem vel à Judice ipso, vel à Secretariis, imo quolibet alio, ad mandatum prætoris fieri posse probabile est, nullibi enim necessitas prælegendi Judici imponitur, & fit tantum eum in finem ut certius de veritate Scripturæ reddatur Judicium.

B

qui

qui finis cum per prælectionem tertii & que obtineri quæas
(communiter tamen prælectionem Secretarius vel Actuaris
peragere solet) non est ratio cur cundem excludamus,
neque timendum, quin ille aliter quam scriptum
est, sit lectorus, habet enim, quod relectionem Judicis
sicque falsitatis denudationem, metuat, & idem quoque
ad Judice ipso dici posset, neque DD. aliud quam præ-
lectionem in Judicio, nullo habitu respectu ad personam
desiderant, Besold. Conf. 203. Carpz. Dec. 149. & Stryck.
etiam extraneum prælectionem facere posse eo ipso,
dum concipientem voluntatem, in judicio ad recitan-
dum admittit, sufficienter insinuat, *Dissert. de Jure Analy-
phab. C. 4. n. 6.* Quod duos hos §§. attinet addimenterunt
verba Stryck, *de cautel. testam. C. 7. §. 31. in fin.* dum ait:
*Quomodo enim unquam de voluntate testatoris certus es-
se poterit vel Princeps vel Judge, si hunc testamentum le-
gere non potuisse sciatis: si dixeritis: forte & hoc ipsis ab alio
prælectum: regero forte & hoc cum omissione certorum
punctorum factum fuit, qua favorem prælegentis concer-
nunt & testatore inscio inserta. Quare hic prælectio non
omittenda sed omnia remedia adhibenda, usque de volun-
tate testatoris exacte constare possit: Voluntatis enim de-
factum nulla alia potest supplere cautela, vel clausula sa-
lutaris.*

§. VI.

In ultimis voluntatibus privata fide subnixis, restric-
tor hac in parte potestas, adeoque in testamento Cœ-
ci prælectionem ab ipso tabulario præcise faciendam
esse, juriconveniens primo intuitu videtur, ita enim dicitur
L. 8. in verbis. *At cum humana fragilitas mortis præci-*
p*pus*

que cogitatione perturbata minus memoria possit res plures consequi, patebit & licentia voluntatem suam sive testamenti sive in Codicilli tenore compositam, cui velint scribendam, credere: ut in eodem loco postea a convocatis testibus & tabulario re etiam (ut dictum est) patefacta, cuius causa convocati sunt etiam chartulare promatur, quam suscepit testatori recitat. N.B. Tabularius C. qui testam. fac. poss. & licet octavus testis loco Notarii voluntatem Cœci vel Analphabeti nuncupativam in Scripturam redigere queat, tamen eadem necessitas ipsi indicato textu imponitur ibi: *Invenimus ubi Tabularius reperiri non possit, octavum adhiberi testem, ut quod tabulario pro supra dicto modo commisimus, id per octavum testem effectum capiat &c.* Cœci autem & Analphabeti quoad hunc effectum ad paria judicantur. Carpzov. p. 2. D. 149. Stryck. dico loc. & Dissert. de Analphab. C. q. per tot. Ast non sunt verba legis captanda, ubi de ejus mente constat L. 17. de LL. cum itaque ratio cit. L. 8. C. qui restam. fac. poss. in eo, ne locus ullus insidiis relinquatur, omnis fraus atque machinatio eliminetur, cunctaque sincerâ & optimâ fide peragantur, residet dict. L. 8. C. in fin. qui restam. fac. poss. hic vero finis si non melius, æque ramen commode; per prælegentem forte testem, si & aliis prout L. 8. desiderat inspiciendi facultas concedatur, obtineri queat, nam concipiens Notarius sciens contenta Scripturae facilius aliquid supprimere & legendo immutare, vel omittere, quam terrius horum forte ignoratus, poterit, cur verbis tenuaciter inhærebimus? & si forte alias quam Notarius aut octavus testis prælectionem fecerit, ultimam voluntatem (pro cuius validitate in dubio pro-

B. 2.

nuncian-

045

nuncianum est L. 10. de inoffic. test. arg. L 34. §. I. de leg. 3. L. sin. C. de posthum. hered. instit. Gail. 2. O. 118. in sin.) irritam declarabimus, respicit igitur Imperator ad id quod communiter contingit, non ad id quid fieri possit, jung. verba indeterminata L. 8. ibi: Ut ubi tenor cunctis annotuerit eloquim ipse suum profiteatur agnoscere, & ex animi sui NB. que letta sunt, dispositissima sententia, & nostram opinionem praelectionem etiam, ab alio quam scribente fieri posse clare satis confirmat, Maximil. Imper. in Recess. Imper. de Ao 1512. tit. von den Testamenten. §. Aber zu eines Blinden Testament / ibi: Doch so mag der / so das Testament machen will / oben in derselben Handlung seines Testaments vor den Zeugen / oder wo ihm am besten bedeucht / davon durch einen andern / NB. wenn er wollt / seinen Willen und Testament begreissen und schreiben lassen / und darnach vor den Zeugen / und Notarien / die zuvor wozu sie berufen werden seyn / wissend gemacht werden / denselben Begriff und Schrift vor ihm und den Zeugen NB. eröffnen lassen; Und so der Inhalt derselben allen geöffnet habet worden ist / derselb Testifier bekennen / daß solches sein Testament und Wille sey / und daß er was NB. vorgelesen werde / nach seinem Sinn / Meynung und Gemüth / hab so schen lassen; Und am End sollen darauff folgen die Unterschreibung und Bezeugniß aller und jeder Zeugen / und des Notarien.

§. VII.

Neque in casibus, quibus etiam literarum peritis, de quibus infra, praelectio necessario facienda, aliud statuimus; cum enim & hic per quemlibet intentio legislatoris, aversio fraudis, justa animi disponentis sententia

uentia impetrari, & de his omnibus Judici fides fieri queat, non est ratio cur & hic novi quid inducamus, præter enim memoratas in Legibus scrupolositates, nul-læ aliae ultimis voluntatibus superaddendæ, imo in le-gere valentibus tanto facilius; sententiam hanc tuebi-mur, quanto evidenter est, hic omnia testamenti so-lemnia præsupponi & voluntatis tantum certitudinem, qua à quounque demum prælectio contingat, inno-te-scere potest, desiderati.

§. VIII.

Hinc & in quæstione an fœmina prælegere testa-mentum queat? sub distinctione tuto incedemus, vide-licet utrum ea ad hunc actum prælectionis tantum ad-hibetur, an vero insimul inter testes numeretur, priori casu nihil obstat sexus, quo minus id quod in Scrip-tura dispositum est, & testatori & testibus cognitum fie-ri omniaque optima fide procedere queant, posteriori hæc sequenda regula est, in quibuscunque ultimis vo-luntatibus fœmina tanquam testis adhiberi potest, in iis etiam officium prælectionis eadem recte peragit, si-cti igitur in testamento militis: Vinn. ad §. 1. 7. de testam.-militar. patris inter liberos Stryck. de testam. inter liber. Codicillis & Epistola &c. L. 1. §. 1. de testib. Struv. Exerc. 34. rh. 58. Dn. Præses in Diff. de Epistol. hom. ulr. C. 4. §. 14. inter testes numeratur, ita nec in his eam à prælectione ar-eebimus, è contra in quibus ultimarum voluntatum spe-ciebus fœmina in testimonium vocari nequeunt, per eas prælectionem fieri frustra curabimus, nihil enim certi-ficatio voluntatis operabitur, quando solennia externa

B 3

defi-

HES

Deficiunt, §. 6. 7. quib. mod. test. infirm. Idem Judicium de hominibus propriis esto, nam et si tales in testamento liberi, (secus ut vult Hopp. in us. mod. ad §. 6. Inf. de testam. ord. in testamento hominis proprii) testes esse nequeant Ord. Polit. de Ao 1512. §. die Form eines Testaments ic. ibi: *der Leib-Eigenschaft frey / tamen cum hic non testimonii dicendi aut solennitatis gratia, sed alium in finem, præter ordinarium testium numerum adhibeantur, deq; prælectione facta non ipsi sed reliqui testes attestentur, ratio nulla ex qua Ultima voluntas invalidari possit, supermanebit, nam quod vulgo dicitur nec feminas nec homines proprios, negotio testamentario recte adhiberi, id ad testimonii perhibitionem, restringendum, non vero ad reliqua extendendum, esse videtur, quia etiam ad testamentum scriptum pertinet Scriptura, quis autem, illud propterea, quia à muliere scriptum est, nullum irritumque pronunciabit? contrarium enim manifeste evincunt modo adducta Maxim. Imper. verba ibi: Durch einen andern / wenn er wolt / seinen Willen und Testament begreissen und schreiben lassen. add. Mantz. de Testam. valid. & inval. tit. 5. q. 7. n. 27.*

§. IX.

Subjectum Passivum personæ quibus prælectio, necessario facienda constituunt, inter quas referimus (1) Coecos L. 9. C. qui testam. fac. poss. Recess. Imper. de Anno 1512. §. Aber zu eins Blinden! (2) literarum imperitos, quia in horum dispositionibus facile fraus committi potest, L. 29. C. de testam. & hi coecis quoad hunc effectum comparantur Brunn. ad L. 8. C. quitestam. fac. poss. Carpz. Dec.

15

Dec. illaſtr. p. 2. Dec. 149. Besold. Conf. 203. Dauth. de testam.
num. 403. seq. idque procedit (3) quāvis forte nomen
suum pingere, modo legere non possint, eadem enim
hic ſulpicio fraudis, nec cōvenientior eandem præca-
vendi via ſupererit Stryck. Diff. de Jur. Analphab. C. 4.
num. 7. ſecus h̄i tantum Analphabetus quoad literarum
piſturam, peritia vero legendi inſtructus foret, cum &
tunc ſubintret ratio, quod nemio tam ſupinus & negli-
gens prælumatur, qui ultimam ſuam voluntatem prius
non prælegerit, itaque metus committendi falſum pe-
nitus exulet, Stryck. d. lot. num. 9. & Carpz. D. 149. n. 8.
Idem p. 3. c. 3. d. 28. neque differentiam facimus inter ſe-
xum, nam etſi Maximil. Conſt. de Ao. 1512. §. 50 aberei-
nes Blinden/ & ibi : Eines Blinden/ item ſo er ſeſt/ rurſus
ſo machi der ſo das Tēſtament & quoad verba de genere
maſculino concepta ſit, tamen in hac materia favorabi-
li, ad fraudis exclusionē tendente, maſculinum merito
ſeſmininum includit, L. 1. de V. S. DD. ad L. 1. C. quā
teſtām. fac. poſſ.

§. X.

Multo minus inter dignitatē personarū, Nobiles
an Ignobiles, Parentes an Imperantes, in humili ſive Subli-
mi, Illustri, Ducali, Archi-Ducali, vel Elec̄torali fastigio
diſponentes conſtituit ſuerint, diſcrepantiū agnoscamus
ſive enim hanc prælectionem, tanquam abundantem juris
Romani, vel Germanici cautelam, ſive tanquam neceſſa-
riam ultimā voluntatis certificationem desideres, nun-
quā tamē Principes & Status Imperii quicquid velit
Schilt. in Inſt. Jur. publ. L. 2. t. 9. §. 2. f. hic eximere poteris,
quod latius declaravit Dn. Præſes in Diff. de Epift. hom.

alit.

242

*alr. Cap. 2. §. 4. jung. Lynck. Diff. de his qua Princip.
Et Stat. Imper. lib. perp. accens. sect. 2. §. 7.*

§. XI.

Etiā (4) scribere & legere valenti, casu quo ultima eius voluntas, quam ipse nunquam legit, nec vehementia impeditus, perspicere potest, ab alio scripta & testibus ad subscribendum proponit, praelectionem necessario faciendam esse, non improbabiliter docet Brunn. *ad L. 21. qui testam. fac. poss. num. 6.* unico enim homini in supremo praesertim elogio, plenam adhibere fidem, suspecta admodum & periculosa res est, ita enim a solius scribentis arbitrio, contra expressam legum ordinationem *L. 32. de hered. Inflit. L. 77. §. 14. de legat. 2. L. 20. §. 1. de lib. Et posth. L. 4. C. qui testam. fac. poss.* ultima dispositio dependet, Carpz. *L. 5. n. 59. n. 3.* neque hic de solennitate, sed de voluntatis certitudine quæstio est, de qua nisi relectio vel prælectio fiat, vix constare poterit: Quamvis itaque in testamento legere & scribere valentis prælectionem regulariter non desideremus cum testatorem, illud relegisse credamus, Carpz. *Dec. 149.* tamen id ad hunc casum ubi nunquam tale quid intercessisse manifeste appetet, nullatenus applicari poterit.

§. XII.

Ponamus igitur testatorem Titio vel etiam Notario, sémoris omnibus testibus, suam exposuisse voluntatem, utque eandem in Scripturam redigat petiisse, huncque cum testes jam tum essent in præsencia testatoris constituti reducem, moribundo Scripturam domi à se

a se exaratum obtulisse, disponentem vero hanc nulla interveniente præ aut relectione pro sua declarasse, & illi-
 co postquam testes subscriptissent, & sigilla sua apposui-
 sent è vivis deceperit, certe, cum de voluntate testatoris in-
 dubitata nihil testes deponere queant, Notarius quoque
 solus de ea sufficiens testimonium præbere non possit, pro
 validitate hujus dispositionis vix pronunciabimus: Inquis
 credimus Notario; sed tanta potestas Notariis, ut per
 ipsos solummodo ultima voluntas probari queat, nullibi
 concessa reperitur, bene enim Mev. inquit: *Notariis qui-
 dem in his qua officii sunt, mulum fidei, nunquam vero
 tantum tribuitur, ac si soli testificari possent &c.* in p. 4.
Decis. 13. num. 4. Sin urges, & tamen ipsis solis in testa-
 mento explicito nuncupativo, in Scripturam redacto
 fidem adhibemus, respondebo, esse diversitatis ratio-
 nem in eo, quod hoc manifestationem voluntatis coram
 septem testibus, à quibus si aliter scriptum foret, facile
 fraudis convinci posset Notarius, prærequirat, & quamvis
 etiam hi ante testatorem fatis cedere, vel diuturnitate
 temporis eorum quæ relata sunt obliuisci queant, tamen
 cum hæc ab incerto plane eventu dependeant, imo ne
 ipse testator schedulam aliquo tempore relegat, metuere
 beat, non facile dolum Notarius committeret, multo
 minus illa contrariantur quæ habet Cardinal. de Luca, in
 shentr. verit. & iust. tract. de testam. discurs. 3. omnimo-
 do enim vel præ-vel relectione in præsupponit, nam lo-
 quitur de tali persona erga quam confidentiam habuit di-
 ponens, cum itaque coram testibus Titum suum testa-
 mentum scriptisse vel subscriptisse declaraverit, utique
 cum id relegisse præsupponit, ut taceam intelligi quoque
 posse

C

posseauth. de casu, quo testatoris satis temporis superfuit,
intra quod voluntatem suam perflegere potuerit, quo ca-
sa ipse confidentarius, ex timore relectionis, omnia
sincera fide egisse presumitur.

§. XIII.

Longe magis supra dicta procedent, si testator
decumbens per ministrum vel ancillam aliamve perso-
nam, oretenus Notario ad domum voluntatem suam
exponi curaverit, qui eandem subito in chartam con-
cjiens, in extremis haerenti testatori obtulerit, hic autem
nulla præ & relectione facta coram testibus, ad id specia-
liter requisitis in scheda ista ultimam suam voluntatem
contineri declaraverit, & solemnibus vix absolutis, te-
stibus adhuc praesentibus è vita migraverit, tunc enim
omnino, quid testator, & an id quod scriptum est vo-
luerit incerti sumus, quis enim soli ancillæ in re tam ar-
dua fidem adhibebit, quis scit, an ea testatoreni recte
perceperit, vel percepta fideliter Notario exposuerit,
et si enim ultima voluntas sit res favorabilis, & in dubio
pro ejus validitate omnibus modis laborandum Mund.
à Rodach. V. I. C. 3. n. 153. seqq. publiceque interfit, ut
illæ suum fortiantur exitum L. 5. quemadmodum test. aper.
tamen & ipsorum quoque defunctorum interest, ne quilibet
sermo pro eorum voluntate vendicetur, ita enim vera
judicia facili negotio subverti arg. §. 1. J. de testam. milit.
& brevi plura testamenta quam testatores producunt pos-
sent, cum igitur, nullibi magis quam in ultimis volun-
tatibus, subdolæ & nescio quæ artificiosè fabricatae male-
volorū machinationes, reperiantur obviax L. 21. & 22. C. de
testam.

testam. Möller. ad *Conf. Sax.* p. 3. C. 3. omni opera ut hæ penitus excludantur præcavendum, ac eo ut de certitudine voluntatis manifeste constet, vannitendum erit, quod ad quoslibet casus in quibus præ-vel relectionem intercedere non potuisse evidens existit, applicabimus *Lynck.* p. 125. n. 18. & 19.

§. XIV.

Ex prædictis finem prælectionis, vel dolii præcautionem, vel ultimæ voluntatis certificationem pro diversitate, casum respicere, facili negotio clarescit L. 8. C. qui *testam.* fac. poss. *Recess. Imper.* de Ao 1512. tit. *Von den Testamenten/* hæc cum toties discussa sint, uertius deducere nihil attinet, properandum itaque ad.

CAPUT III.

Causas Internas necessariae prælectionis sistens.

S U M M A R I A.

Objectum est ultima voluntas, cuius, præcipue testamenti varia species in §. 1. adducuntur.

Cæci testamentum nuncup. secundum formam L. 8. C. de testam. ordinatum, necessariam prælectionem desiderat, & quid de testamento Analphabetti scripto, etiam conjugum reciproco vel nuncupativo à Notario in Scripturam redacto dicendum, in §. 2. exponitur.

In legere valentibus, testamentum nuncupativum in Scri-

C 2

pturam

pturam à Notario redactum, sine prelectione suam ob-
tinere firmitatem, contra plures in §. 3. adstruitur.

De necessaria prelectione testamenti impliciti ejusque va-
liditate §. 4.

Militaris & in hostico conditi §. 5.

Principi Insinuati §. 6.

Judici Oblati §. 7. agit.

Quaestionem, an iudex schedalam sibi à Cæco vel Analpha-
beto oblatam aperire, & huic necessario prelegere de-
beat? & quid in testamento conjugum reciproco obser-
vandum limitationibus? additis resolvit §. 8.

Quid vero in literarum peritis hac in parte obsineat §. 9.
declarat.

De testamento Rustici §. 10.

Tempore pestis ad pias causas condito §. 11. tractat.

§. 12. Extensionem ad omnes alias ultimarum voluntatum
species, complectitur.

§. 13. & 14. Formam necessaria prelectionis nervosè ex-
hibent.

§. I.

Obiectum prælectionis Ultimas Voluntates consti-
tuere, ex ipso hujus Dissertationis rubro luculenter
patescit, inter has autem præcipuum locum obtinet
testamentum, quod vel scriptum vel nuncupativum di-
citur, hocque rursus vel explicitum, quod iterum aut
nudum, aut in Scripturam redactum, vel implicitum,
quod per relationem ad schedam contingit, utrumq; ite-
rum vel solemne vel privilegiatum, hocque vel militare,
pagani in hostico conditum, vel Principi oblatum, vel Ju-
diciale

diciale seu apud Acta confectum, vel parentum inter liberos, vel rusticorum, vel tempore pestis conditum, vel adpias causas ordinatum; de singulis quid circa prælectionem jutis sit, ordine dicendum.

§. II.

Et quidem ad prælectionem existentiam testamenti scripti, vel in Scripturam redacti omnimodo desiderari, per se patet & evidens est, quomodo enim id quod literis destituitur prælegi poterit? Hinc etsi cœsus non aliter quam per nuncupationem testari suamque voluntatem oretenus manifestare queat, tamen quia ista, adhibito Notario vel loco ejus octavo teste, in Scripturam præcise redigenda, etiam majoris cautelæ & omnis dolii præcavendi causa, ad validitatem hujus leges prælectionem necessario faciendam esse statuerunt, L. 8. C. qui testam. fac. poss. & Constat. Maximil. de Anno 1512. tit. von den Testamenten. §. So aber eines Blinden u. Et hæc quidem certo jure constituta extant: Major de Alphabeto, in scriptis (quod secundum L. 21. C. de test. & Nov. 119. C. 9. fieri potest Cothm. V. 4. R. 23. n. 5. Philipp. in us. pract. Inst. L. 2. Ecclog. 45. n. 5. f.) testante queritio superest. Et Hopp. quidem ad §. 3. Inst. de test. prælectionem hoc in casu, ex ratione quod L. 21. C. de testam. ad validitatem hujus dispositionis, excepto octavo teste, nihil amplius quam in testamento à literarum perito condito, requirat, add. Constat. Maximil. d. l. die Form eines Testaments/ minime necessariam esse autumat, & pro sua sententia Carpz. quoque p. 3. C. 3. D. 2. adducit. Ast licet expresso juris textu hac in parte destituamur,

C 3

quis

quia tamen d. L. 21. C. de testam. & Maxim. Constit. inter
 scribere valentes & literarum imperitos parificationem,
 quo ad testandi in scriptis facultatem, non vero quo
 ad modum certificandi voluntatem, immo nequidem in ra-
 tione solennium, cum ab Analphabeto insuper octavus
 actui præcise adhiberi debeat testis, tantum inducunt,
 porro non alia via quantum concipere licet, de vera te-
 statoris mente, & an scriptum voluntati ejus, exasse con-
 veniens sit nec nequam per prælectionem & inseparabilem
 ejus declarationem, apparere potest, certitudo autem
 Judicij ante omnia requiritur, jung. sup. §. 11. C. 2. neque
 firmiter concludere videtur, prælectionis nulla in dict.
 text. expressa fit mentio, ergo nec ea ad validitatem te-
 stamenti necessario desideratur, quæ enim natura rei
 expedit, ea semper legislator vel tacite complectitur vel
 presupponit, arg. §. 2. Inst. qui testam. tut. dar. poss. tt. de
 leg. Fus. can. toll. & jura quæ omnimodam fraudis in ul-
 timis elogii exclusionem voluntatisque certificationem,
 tam sagaciter intenderunt, etiam media, per quæ finis
 hic obtineri valet approbasse credendum est, arg. §. 2.
 Inst. quib. ex can. man. lic. vel non §. 1. Inst. qui test. tut.
 dar. poss. denique nec Carpz. d.l. Hopp. opitulatur, sed de
 literarum peritis, ne authorem hunc sibi ipsi contradicere
 statuamus. vid. Dec. 149. per tot. commode intelligi &
 potest debet, & hinc sententiam, quam etiam, uti ad Do-
 minino Præside relatum accepi, Inclita haecce facultas in ju-
 dicando se cura est, sine prælectione testamentum Anal-
 phabeti nullius roboris atque efficacia esse, & veriorem
 & tuiorem judico, quam præter Carpz. in dict. Dec. 149.
 sequuntur Brunn. ad L. 21. C. de testam. Wurm. L. 1. t. 32.

obs. 5.

obs. 5. cum allegat. Mantz. de testam valid. & invalid. tit.
 4. q. 8. num. 1. Non idem dicendum de testamento lege-
 re valentis L. 21. C. de testam. R. j. D. Ao 1512. tit. von den
Testamenten. Nam in hoc relectio præsumitur Carpz.
 Dec. 149. num. 8. Bardil. cum alleg. Exerc. 3. th. 19. Harpp.
 tract. Acad. 4. n. 78. seq. Card. de Luca in Theatr. verit. &
 justit. de test. disc. 8. n. 23. seqq. prædicta æqua lance, ad
 testamenta conjugum reciproca, cum nulla hic disparita-
 tis ratio subsit, sive unus ex his, sive uterque literarum
 imperitus existat, applicari poterunt. Berl. D. 379. Wild-
 vogelius Disp. de testam. hologr. recipr. C. 3. §. 6.

§. III.

In testamento nuncupativo simplici, seu in verbis
 ore prolati subsistente, non posse obtinere prælectionem,
 iam ante monitionis, adeoque hac de re frustra quæstio,
 instituitur. Quoties autem nuncupata, dispositio, secun-
 dum voluntatem testatoris vel à Notario, aut Tertio in
 Scripturam redigitur, toties multi ad validitatem hujus
 etiam si literarum peritus existat testator, prælectionem
 necessariam esse autemant Brunn. ad L. 21. n. 7. qui test.
 fac. poss. sibi ipsi contrarius ad L. 21. §. 2. C. de testam.
 Colleg. Argentor. tit. qui testam. fac. poss. th. 16. ibique alleg.
 Sand. L. 4. tit. 1. def. 5. Schilter. Exerc. 38. §. 43. Mantz. de
 testam. val. & invalid. tit. 4. q. 8. ita quidem ut jure Pa-
 ratiensi securidum cit. Schilt. iterata prælectio desideretur,
 hancque sententiam jure Germanico per constitutionem
 Maxim. de Ao 1512. §. Weiter/ so ist auch in einem jeden Testa-
 ment/ ob es gleich nuncupativum, als ohne Schrift ge-
 macht wäre/ nöthig/ daß alle Handlung/ so zu solches Testa-
 mentis

Namens Auffrichtung ergangen / und auffgeschrieben wä-
 ren / vor dem Testierer und Zeugen/ ehe dann sie von einan-
 der scheiden vorgelesen werden receptam esse existimant. Alt
 quia testamentū nuncupativum sola testium fide non scri-
 ptura, ntitur, & hæc tantum le accidentaliter non substi-
 tualiter ad voluntatem testantis habet , insuper Maximil.
 Constit. non de testamento ipso, sed de validitate & subsi-
 stentia instrumenti, de super confecti, agit , hinc contra-
 riā sententiam longe veriorem reputamus Ant. Fab. in
 Cod. L. 6. tit. 5. def. 4. Berlich. p. 3. C. 4. n. 24. Lynck. B. 117.
 n. 42. & seqq. quam præjudicio confirmat Carpz. p. 3. C. 3.
 def. 25. verb. Obgleich die Zeugen das Testamentum nuncu-
 pativum, welches der Testator zu Papier bringen lassen/nicht
 unterschrieben noch besiegeln / dasselbe auch ihm dem Testa-
 tori nicht wiederumb vorgelesen / noch auch von ihm un-
 terschrieben worden zu. So ist es doch zu Recht beständig/und
 es wird demselben billig nachgelebet U. R. W. item Lynck.
 Dec. 1011. verb. Die prælectio aber / coram testibus nicht
 erfordert wird ; sondern genug ist / daß ein Testator , qui
 scribere peritus est , vor denen Zeugen bekennet/ daß in der
 Scriptura , ipsis ad subscribendum oblata , sein letzter Will
 sey/ L. 21. de testam. Carpz. p. 2. 3. 8. seqq. So hat man das
Testament für beständig erkenne. Non igitur testamentum
 palam coram testibus declaratū, modo probari possit, sed
 Instrumentum Notarii, ex quo alias voluntas demonstra-
 ri posset, nisi testatori prælectum fuerit, validitate destitu-
 tur. Richt. Dec. 32. n. 4. seqq. & n. 11. seqq. idque in tantum
 procedit, ut quamvis non nisi per duos testes, nuncupatio-
 ne voluntatis coram septem factam esse , fides fieri queat,
 tamen hujusmodi dispositio sustineatur, non enim tunc
 duo

duo testes testamenti solemnia explent, sed ea intercessisse comprobant, Carpz. p. 3. C. 3. def. 40. Lynck. *re.* 117. n. 42. Sane major difficultas in literarum imperito circa hanc materiam occurrit, nam cum hic à DD. anumeretur cœco. Vid. Carpz. *Dec. 149. n. 21.* cui utique prælectio necessario facienda L. 8. C. *qui testam. fac. poss.* etiam idem jus in Analphabeto statuendum videtur, quod DD. supra alleg. Brunn. *ad L. 21. qui testam. fac.* Mantz. reliquique d.l. sequuntur. Verum quia nullibi hujusmodi necessitas literarū penitus imperitis imponitur, per septem testes, coram quibus sensa animi palam declaravit, sufficienter de voluntate ejus constare potest, Scriptura Notarii testamentum in esse constitutum subsequitur, insuper comparatio Cœci & Analphabeti à DD. facta, non quo ad omnia, sed saltē ubi fraus, quæ nostro in casu plane exulat, committi potest, procedit, hinc etiam hic inter annulationem voluntatis & Scripturæ distingui-
mus add. præter DD. modo memoratos Lynck. *Dec. 528.*
in fin. Carpz. p. 3. C. 3. *Dec. 35.*

§. IV.

Sed quid de testamento nuncupativo implicito, quod per relationem ad schedam sit hac in materia dicemus? Et quamvis illud quod punctum juris attinet vix defendi queat, præprimis, cum textus in L. 77. *de hered. instit. L. 10. de Cond. Instit. L. 38. de Condit.* & demonstr. de testamento scripto communiter explicitur, & forma testamenti nuncupativi in heredis institutione palam & nominatim declarata consistat, nominatum autem edicere sit palam ore nuncupare, L. 21. *qui testam. fac. L.*

D

g. 18.

g. 10. de hered. Instit. L. 26. & 29. C. de testam. sine scripto
 dict. L. 20. L. 2. C. de bon. poss. secund. tab. linguâ & verbis
 heredem pronunciare L. 25. qui testam. fac. nomen ejus
 dicere L. 9. §. 8. de hered. Instit. voce sua manifestare, dict.
 L. 29. C. de testam. §. ult. 7. de testam. ord. Recess. Imper. de
 A.D. 1512. von Testamenten. §. 1. ibi: allein durch mündliche
 Erklärung ohne Schrifte. & §. Aber die Form / ibi: der
 Nahme von 7. Zeugen öffentlich bekennen/ und aufgedruckt
 wird. vid. Marb. Vol. 4. C. 704. n. 3. & seqq. Fab. ad Cod.
 tit. de testam. def. 4. Stryck. de Cautel. ult. vol. C. 7. §. 8.
 ibique subjunctio Responso n. 3. Bardil. de sched. testam.
 C. 2. §. 3. aliisque, contraria tamen opinio in praxi, fori
 Germanici obtinuit & recepta est, cum multis alleg.
 Lynck. Resp. 117. n. 28. Bardil. d. loc. Brunn. ad L. 21. n. 4.
 & ad Auth. hoc inter liberos num. 2. seqq. C. de testam.
 Schilt. in Respons. post Exercit. 38. §. 43. Berlich. p. 3. C. 4.
 num. 25. Lauterb. de testam. Jud. §. 11. hinc nobis circa
 propositam quæstioneq; inter personas quibus necessa
 ria juxta Cap. 2. §. 9. vel ad præcavendam fraudem, vel
 ad voluntatem declarandam prælectio fieri debet, & in
 ter literarum peritos, in quibus præsumtio prælectionis
 factæ subintrare potest, distinguendum videtur, ut priori
 casu eam ad dispositionis validitatem, & quo indubia
 testatoris mens manifestari queat, omnino necessa
 riam judicemus Lynck. Resp. 117. n. 31. Mantz. de testam.
 val. & invalid. tit. 5. Quæst. 8. Carpz. Dec. 149. n. 10. seqq.
 posteriori vero hanc minime requiri reputeimus, ad ge
 nerali enim toties indigitam præsumptionem, quic
 quid ordinavit testator etiam legisse creditur, recurre
 mus, nihil enim amplius ad validitatem hujus disposi
 tionis,

tionis, quam ut testator in hac, ad quam se refert scriptura,
 suam contineri ultimam voluntatem declarat, requiritur,
 arg. Rec. Imper. §. Nun die Form & nisi id statuamus, is qui
 mentis suae sensa propalari noluit, intentionem desti-
 natam nullatenus assequetur, Carpz. L. 6. §. 9. num. 10.
 seqq. & I.P.F. p. 3. C. 3. D. 2. n. 7. seqq. Lynck. interm. diet.
 Resp. 117. n. 31. Fab. in Cod. L. 6. tit. 5. Dec. 20. Meier Coll.
 Zur. Argent. L. 28. th. 18. Speckh. Cent. I. q. 49. Quæ haec
 tenuis in tribus §§. præcedentibus relata sunt, egregia de-
 cisione confirmavit Lynck, Dec. 520. cuius verba, cum to-
 tam materiam eleganter illustrent apponi merentur.
 Ob schon/wenn ein Testator vor dem Notario und Zeugen
 sich erklähret / daß in dieser Schrifte sein letzter Wille sey / es
 nicht vonnöthen / daß derselbe den Inhalt des Testaments
 wiederhole; weniger daß das Testament denen Zeugen vors-
 gelesen werde. Berlich. 3. Concl. 4. n. 10. Carpz. 6. §. 9. §. 3.
 3. 28. Mev. ad Jus Lub. 2. tit. 1. art. 2. n. 147. seqq. Dessen
 auch bey gerichtlicher Insinuation eines geschriebenen leichten
 Willens / es nicht bedarf; wiewohl dieses nur von demje-
 nigen Testatore einzuräumen / der geschriebenes lesen kan /
 (aliter Richter. Decif. 144.) daß man von demselben die Zu-
 versicht und Vermuthung zu schöpfen/er werde die Schrifte/
 in einer so wichtigen / seinen letzten Willen betreffenden/
 Sach/ selbst nachzusehen nicht unterlassen/ und einem dritten
 nicht bloß hin / was er geschrieben haben möchte/ getraut ha-
 ben. Wie dann auch / wann ein solcher ihm von einem an-
 dern einen Zettel / worinnen er die Erben und anders binah-
 met / schreiben lassen / und denselben denen Zeugen vor wei-
 sei / mit vermelden / daß darinnen sein letzter Wille sey / als
 dann da durch ein testamentum nuncupativum implici-
 tum rechtesbeständig auffgerichtet wird. Clarus 3. sent. §.
 D 2

testa-

testamentum quæst. 36. in fin. Andr. Gerhard. de testam.
 Disp. 2. th. 15. Bocer. class. 3. Disp. 2. th. 148. Dafern aber
 ein Testator weder schreiben/ noch geschriebenes lesen/ kan/
 da muß nicht nur demselben im Gericht der Auffiaß vorge-
 lesen werden; sondern es muß auch dasselbe in denen extrajudi-
 cial Testamenten/ vor der rechten Anzahl Zeugen/ gesche-
 hen; wann das Testament für auffrichtig und gültig geach-
 tet werden soll. Carpz. 2. Dec. 149. Ist auch nicht genug/
 wenn ein solcher Testator gegen die Zeugen erwehnet/ daß er
 sich dasselbe vorlesen lassen; weil ihm mehr oder weniger/ denn
 geschrieben/ von dem Concipienten hat vorgelesen seyn kön-
 nen. Alter Lauterb. Disp. de Testam. Judic. §. 11. So ist
 dahero bei einem solchen Testatore, daß die Zeugen seinen
 letzten Willen/ entweder aus seinem Mund hören müssen/
 oder derselbe ihnen ex scripto vorgelesen werde/ allerdings
 vomnöthen: Und ist das Testament anderer gestalt nicht gültig;
 inmassen auch nicht unbonst/ daß einem Blinden an-
 derer gestalt/ dann per nuncupationem, zu testire nichs
 verstatet ist. L. 8. C. qui testam. fac. poss. tantum de com-
 muni testandi modo.

§. V.

Inter testamenta privilegiata, primum locum oc-
 cupat Militare, hoc enim quomodo cunque factum, ob
 periculum expeditionis, L. un. de bon. test. ex testam. mil.
 sustinetur princ. Inst. de testam. milit. L. 1. & 20. in fin. ff.
 L. 15. C. eod. non est animus requisita ejus ad longum enu-
 merare, & distinctionem per Maximil. Constit. de Anno
 1512. iit. von Testamenten. §. Und sollen inter eos qui in
 conflictu existunt & in castris degunt, reliquaque ad enu-
 clea-

cleationem hujus, aut aliarum voluntatum privilegiatarum pertinentia, recensere, hæc enim omnia ex Commentatoribus ad ffa & Codic. in sedibus ordinariis late pertractantur, & ea in præsentiarum omnino præsupponimus, saltem paucis quæ prælectionem concernunt monebimus: Et quidem quoties miles in confliktu existens, vel castris degens, literarum plane rudis, exarata ab alio Scripturam producit, inque ea suam ultimam voluntatem contineri edicit, vel etiam à testibus eandem subscribi curat, declaratio hæc aut subscriptio, deficiente prælectione, per duos ad minimum testes probanda, arg. §. 1. *Instit. de milit. testam.* nihil operabitur. Idem erit et si literarum peritus existat, & uni ex Com-militonibus, nemine audiente, ut suum, in Scripturam conjiciat testamentum, commiserit, testator vero nulla relectione prævia, cum in extremis hæreret, illud pro suo agnoverit, & illico decesserit, utrobique enim incertitudo voluntatis suberit, vid. dicta in §. 12. C. 2. & Richter. Dec. 32. n. 9. qualis quoque militari testamento obicem ponit, L. 4. 24. & seq. de *testam. milit.* nisi aliunde de ea indubitate constare queat L. 40. de *milit. testam.* Dicta multo magis procedent quando præter literarum imperitiam insuper accederet cœcitas, utputa in confliktu per infortunium exceccatus ante causariam missionem privilegiato more, sicuti potest §. 2. *Instit. de milit. testam.* ita & testari vult, hic omnino expressa in scriptis voluntas, ut de cœci intentione nulla dubietas exoriri queat desiderabit prælectionem; fin vero milites ipsi sensa animi per Scripturam exprimere valeant, vel ante militiam non adhibito legitimo testium

numero, testamentum confecerint, priori casu nullis testibus adhibitis, modo de Scriptura constet L. 15. C. de milit. testam. Stryk. de Cautel. testam. C. 9. §. 11. & 13. posteriori, declaratione verbis, coram duobus testibus, vel facto, noviter manifestata sustinebitur §. 4. de milit. test. L. 15. §. 2. eod. jung. Vinn. ad d. §. 4. & Huber. in prelect. ad Instit. de milit. testam. §. 6. Eadem, ob identitatis rationem ad testamentum pagani in hostico conditum L. un. de bon. P. ex T. M. L. fin. C. de testam. in casibns supra relatis, applicari poterunt, præsertim cum & illi dispositiones antea inutiliter factas, in ipso periculo, nuda voluntate comprobare possint Harpp. de testam. pagan. in host. cond. th. 80. vers. verum iste.

§. VI.

De testamento Principi oblato sciendum, id communiter non nuncupative sed in scriptis fieri L. 19. C. de testam. ubi illud libello supplici dicitur insertum, vid. Tabor. de testam. principi oblat. C. 5. & quis hanc patientiam in Principe, ut is disponentium voluntates verbottenus audiat desiderabit? quo ipso tamen principi legem non scribimus, sed scriptam tantum commode declaramus, si itaque vellet, utique & testantes verbottenus voluntatem suam exponentes audire, hocque ut per Secretarium in Scripturam redigatur, curare posset, nec prælectione opus foret, omnis enim hic fraudis suspicio exulat, & plenissima dispositio sinceritatis fide nititur, junge Stryck. de Caut. test. C. 7. §. 18. Quid si vero scripta voluntas ab Analphabeto vel Coeco principi offeratur, ob repetitas toties rationes esse necessariam prælectionem omnino di-

cen-

cendum erit; oblationem enim Imperanti factam esse suffi-
cienter quidem, nullatenus autem Scripturam menti di-
sponentis quoad omnia correspondere, constat, addi hic
merentur verba Stryck. dit. loc. §. 31. ibi: *Quomodo enim
unquam de voluntate testatoris certus esse poterit princeps,
si hunc testamentum legere non potuisse sciat: si dixeris:
forsan & hoc ipsi ab alio pralectum: regero; forte & hoc
cum omissione certorum punctorum factum fuit, quae fa-
vorem relegentis concernunt, & testatore inscio inserta,
quare hic pralectio non omitenda, sed omnia remedia ad-
hibenda, ut de voluntate vera testatoris exacte constare
possit: voluntatis enim defectum nulla alia supplere potest
cautela vel clausula salutaris.*

§. VII.

Idem omnino de testamento Judici oblato dicen-
dum, si enim vel literarum imperiti, vel cœci, orete-
nus apud acta suam manifestare velint voluntatem,
quamvis ab Archivario vel Secretario in Scripturam
redacta fuerit, prælectione necessaria non erit, cum in cit.
L. 10. C. de test. nihil aliud, quam manifestatio apud Acta
ab ordinante facta expetatur, neque hic subintrare queat
dispositio Leg. §. C. qui test. fac. quia illa tantum de casu
quo fraus & justæ voluntatis suppressio est metuenda di-
sponat, qualia ab actibus judicialibus plane aliena præ-
supponuntur, ex Wurms. L. 1. tit. 39. obs. 5. n. 16. Stryck.
*de Cautel. test. C. 7. §. 30. add. Lauterb. Dissert. de testam.
Iudic. §. 24.*

§. VIII.

Ast major disquisitio est, de testamento per alium
in

in Scripturam redacto , Judicique apud acta per testatorem oblato , & quidem , quando testator vel cœcus vel literarum imperitus est , quin tunc schedula in qua is voluntatem suam contineri declaravit , (etsi sit testamentum inter conjuges reciprocum) aperiri & verbottenus recitari debeat , quicquid velit Carpz. L.6. tit. 2. R. 9. n. 18. seqq. sibi ipsi contrarius in Dec. 140. tantopere non disputatur , vix enim aliter certi de voluntate disponentis prælectione omissa esse poterimus , itaque sentiunt Wurmser. L. 1. tit. 37. obs. 5. Besold. Vol. 3. C. 126. num. 4. Lauterb. Coll. pr. tit. qui testam. fac. poss. §. 51. Richter. Dec. 32. Berlich. Concl. præt. p. 3. Concl. 4. n. 26. Mev. ad Jus Lub. p. 2. A. 2. tit. 1. n. 148. Lauterb. Dissert. de Testam. Jud. th. 11. Harpp. Disp. de Testam. Jud. §. 9. præjudicium adducit Stryck. de Cautel. testam. C. 8. §. 31. ibi : Ob nun wohl sonst die Eröffnung und Ableitung eines gerichtlichen Testaments zu Recht unnothig ic . Dieweil aber dennoch euerem Bericht nach der Testator weder schreiben noch lesen können ic . Dannenhero diffalls nicht weniger / als bey eines Blinden Testament vor nothig erachtet wird / daß solches zuvor / in beysein der Zeugen oder Gerichte dem Testatori vorgelesen / und seine Meynung darüber erkundiget werde / idque adeo verum est , ut quamvis testator in judicio , sibi testamentum à Notario prælectum esse afferat , tamen cum aliter lectum , aliter vero scriptum esse possit , nihilominus ad eam , quo de certitudine indubitate constet , procedere debeat Judex : Stryck. de Cautel. testam. C. 8. §. 28. & C. 13. §. 21. quod tamen ex sententia Stryck. in Dissert. de Analphabet. duas patitur limitationes , (1) si Analphabeto &c. coram Notario & duobus testibus ,
præ-

33

prælectum fuerit testamentum, idque illi mediante subscriptione fassi fuerint, vel (2) duos in Judicio testes produxerit, qui jurato literarum imperito prælectionem factam esse affleverant; Ast crederem cautelam hanc Stryck. non aliter alicujus roboris esse, quam si testes post mortem superstites, testamentum ejusdem cum ipsis prælecto, tenoris existere, deponerent, vel mediante juramento se non tantum prælectionem audivisse, sed etiam eam voluntati in hac Scriptura contentæ, omnimodo conformem reperiri, attestetur, alias enim & hic aliter scriptum aliter lectum esse, itaque defraudatio contingere posset.

§. IX.

Supereft itaque quæstio de iis qui literarum peritia possent, ac schedulam ab aliis scriptam judicio offerunt, & in his prælectionem ad validitatem testamenti necessariam esse sustinent Vultej. Vol. 1. Cons. Marpurg. C. 34. Mantz. de testam. valid. & invalid. tit. 4. quæst. 8. co quod non aliter testamentum judiciale vocetur, quam si coram actis testator postremum suum manifestaverit aut publicaverit judicium L. 19. C. de testam. nemini autem de voluntate ejus, quæ clausa offertur, constare queat. Idque olim in Judiciis fuisse frequentissimum patet ex L. 2. Marculph. formular C. 37. Verum contraria opinio longe verior existit, quia (1) evidens est tam inscriptis quam nuncupative apud acta quemquam testari posse, dicta L. 19. ibique DD. Carpzov. L. 6. tit. 2. n. 9. R. 3. quod si vero prælectio necessario desideraretur, nullius utilitatis expressio voluntatis in scriptis facta forter, contra intentionem siquidem testatoris

E

secre-

757

secreta ejus animi sensa, quæ non nisi post mortem pro-
 palari vult, statim cuilibet innotescerent. (2) Nemo in re-
 tam ardua tantique momenti, adeo negligens atque su-
 pinus esse præsumitur, ut non accurate illud quod Ju-
 dicio offert prius relegerit, vel illud sibi prælegi curave-
 rit, indeque sufficienter de convenientia Scripturæ cum
 voluntate disponentis constare valebit Carpz. Dec. 149.
 n. 10. & nihil amplius (3) quam voluntatis manifestatio,
 non explicita & quoad contextum verborum sed im-
 plicita & relativa, ad testamentum clausum, illud suum
 nuncupando & heredem in eo scriptum successorem
 suum designando & declarando in L. 19. C. de testam. re-
 quiritur. Neque convenit (4) plures lege tacente ultimis
 voluntatibus affingere solennitates, porro nulla hic me-
 tuenda fraus est, hanc enim ipse testator relegendō præ-
 cavisse præsumitur, hoc facit (5) quod testamentum apud
 acta ratione subsistentia, testamento solemnī coram septē
 testibus in scriptis condito & equiparetur. d.l. 19. C. de testam.
 hocque à literarum imperito ordinatum, et si nec hol-
 ographum nec prelectum fuerit sustineatur, Rec. Imper. de
 Ao 1512. tit. von Testamenten. §. Nun die Form / & L. 21.
 C. de testam. nostram opinionem tueruntur præter Carpz.
 L. 6. R. 9. & Dec. 149. Richter. p. 3. Dec. 32. n. 3. & Dec. 149.
 n. 5. seqq. Mev. ad Jus Lub. p. 2. art. 2. tit. 1. num. 148.
 Stryck. de Cant. testam. C. 7. §. 31. late Berl. p. 3. Concl. 4.
 n. 26. Lauterb. Dissert. de testam. Judic. th. 25. ubi senten-
 tiā Vultej à multis Icenis & Dicasteris reprobari dicit,
 Lynch. Dec. 450. Brunn. ad L. 19. C. de testam. præjudicium
 est apud Carpz. p. 3. C. 3. def. 28. Idque ampliatur, ut
 etiam procedat quando testator deputatis à Curia offer-
 ret

ret testamentum, eadem enim hic subintrat ratio, adeo-
que nec alia iuris dispositio obtinebit Coll. *Jur. Argentor.*
tit. qui testam. fac. poss. th. 15. n. 2. Lynch. Dec. 1414. Carpe-
diat. p. 3. C. 3. def. 28. n. 2. & L. 6. tit. 2. R. 9. n. 14. prædi-
cta ad Cœcorum testamenta vix applicari poterunt,
nam cum talis non nisi nuncupative testari queat & mo-
dus testandi per schedulam huic convenire non videa-
tur L. 8. C. qui testam. fac. poss. R. 7. de Ao 1512. tit. von No-
tarien. §. Aber zu eines Blinden/prælectio quoq; omnis frau-
dis evitandæ gratia in ultimis voluntatibus, Jure coœnuni
ordinatis desideretur, qualem præsentia Judicis penitus
excludit L. 31. C. de testam. C. 6. X. de renunc. C. 16. in fin.
X. de re jud. hinc si talis apud Acta suam nuncupaverit
voluntatem, eaque in Scripturam publica fide redacta
tuerit, et si prælectio (quam tamen facere conductit) non
intercessisset, nihilominus quod dispositum reperitur,
quia de voluntate Cœci omnino certi sumus, sustinebi-
tur. add. Lauterb. *Dissert. de testam. Jud. th. 8.* Interim
quamvis cœcus neque testamentum scriptum conde-
re, neque referendo se ad schedam clausam valide te-
stari possit, si tamen memorie juvandæ gratia volunta-
tem suam, ab alio in Scripturam redactam Judicio ob-
tulerit, eamque prelectione facta pro ultimo suo elo-
gio agnoverit, nihil obstat quo minus dispositioni huic
& sublîtentiam & juris efficaciam tribuanus, quod jana-
tum in §. 4. hujus Cap. innuimus. add. Stryk. *de Caut.*
testam. C. 4. §. 7. Brunn. ad L. 8. C. qui testam. fac. poss. n. 14.

§. X.

De testamento parentum inter liberos vel rustico-

E 2

rum

rum nihil hac in parte speciale constitutum reperio,
 adeoque distinctionem scepis reiteratam inter litera-
 rum peritia instructos & ea destitutos, ut supra mo-
 nitum sequemur, ut priori casu præ-vel relectio, et si
 Scriptura ab alio exarata intervenerit, imo quantumvis
 testator pingere literas ignoret, modo scriptum legere va-
 leat, intervenisse presumatur, posteriori non æque, licet
 enim in testamento patris inter liberos, res inter solos
 liberos agatur *Nov. 107. C. 1.* in quibus omnis suspicio
 fraudis cessat, tamen de voluntate patris prius, ante-
 quam ei motem gerere queamus, legitime constare de-
 bet, quod vix aliter, quam prælectione prævia fieri po-
 terit, & alias non tam in solennitate quam potius defi-
 nitio in voluntate, nulla lege sanabilis, ad esset Stryk. *Diss. de*
Analphabet. C. 4. n. 18. & 19. Richt. Det. 32. n. 5. ubi præjudi-
 cium & de Rusticis, vid. Stryk. *de Cautele. testam. C. 13.*
§. 21. quid de Cœcis statuendum ex deducatis in §§. præ-
 cedentibus facile patebit, neque in Judiciali testium in-
 terventum, aut in testamento inter liberos Cœci, supernu-
 merarium uti vult Hopp. ad §. 4. *Inst. quia testam. fac. poss.*
 necessarium esse autumno, in hisce enim dispositionibus
 omnis doli metus exulat, vid. Dn. Præsid. *Diss. de Epist.*
hom. ult. C. 4. §. 17. adeoque frustra plures quam J. Gent.
 ad verificationem actus requirit, testes conglomeramus
 vid. Lauterb. *Dissert. de testam. Judic. th. 2.* quod Brunn-
 etiam in testamento ad pias causas, & tempore pestis con-
 dito in *L. 8. C. quia test. fac. poss. n. 10. & seqq.* obtinere tradit.
§. XI.

Et cum in testamento tempore pestis facto nul-
 la alia solennitas, quam simulanea testium adhibitio re-
 missa

missa fuerit L. 8. C. de testam. jung. D. Præf. Dissert. de Epist. hom. ult. C. 4. §. 20. imo & hic de veritate negotii constare, & quicquid sit bona fide sine fraudis suspicione geri debet, hinc etiam ibi casibus evenientibus ; secundum distinctionem supra propositam prælectione desiderabitur, hæc enim ad voluntatis declarationem ejusque certificationem pertinet, adeoque nullatenus omittenda Brunn cum alleg. ad L. 21. n. 4. qui testam. fac. poss. quod æquallance, ob rationes saepe datas in testamentis ad pias causas, vid. C. 11. X. de testam. Dissert. de Epist. hom. ult. §. 20. jure Canonico obtinebit, nulla enim hic exceptio, imo cum alias defectus voluntatis appareret, aliud jus introduci haud poterit, Lynck. Dec. 520.

§. XII.

Neque in aliis ultimorum voluntatum speciebus Codicillis, Epistola &c. aliud quicquam circa hanc rem introductum esse invenio, hinc omnia prædicta quod necessariam prælectionem attinet, hue tacite repeti volumus, eadem enim utilitas quæ hac via præcautionem doli in testamentis sua sit, & eadem ratio quæ manifestationem voluntatis certam, hoc modo fieri imperavit, etiam hac in parte militat, jurisque identitatem efflagitat, quod diserte probant L. 8. ibi : *Quæ in eundem modum erunt observanda, quamvis non heredes instituere, sed legata solum vel fideicomissa, & in summa, que Codicillus habentur congrua, duxerint ordinanda. C. qui testam. fac. poss. & Maximil. Const. de Ao 1512. tit. von Testamenten.*

§. Es ist auch nicht allein in einem Testament eines Blinden / sondern auch in seinen Codicillen und andern seinen letzten Willen nöthig solche Form zu halten, add. Stryck. de

E 3

Cantel

Cautel. ultim. vol. C. 7. §. 31. Lynck. p. 117. nec est quod regeras cœcum aut literarum imperitum, epistolam exarare non posse, cum hæc ad essentiam suam præcise Scripturam desideret, L. 75. ad SCtum Trebell. L. 37. §. 3. de legat. 3. L. 24. & 28. depoſ. Dn. Præl. in *Dissert. de Epistol. hom. ult. C. 4. §. 1.* facultate autem scribendi tales destitui: Nam cum ope aliena literarum imperiti testamentum scriptum, condere possiat L. 21. C. de tef. ibique Brunn. Nov. 119. C. 9. Cothm. Vol. 4. p. 23. n. 5. Philipp. in *Usa præt. Inſt. L. 2. eclog. 45. n. 5. & 6.* quidni? idem in epistola contingere posse sustinebimus, jung. L. fin. de leg. 2. Hicque tanto magis, quod feminæ & quilibet extranei, juxta superius dicta; prælectionem rite peragere possint, præsertim cum & in his ultimatum voluntatum speciebus, recte testes adhibeantur, vid. Dn. Præl. diet. *Dissert. C. 4. §. 14.* spectata juris Analogia, procedet.

§. XIII.

Forma prælectionis veræ, alia est communis, ad omnes quibus prælectio necessario facienda pertinens, alia specialis in dispositione Cœci nominatum observanda, quod primam speciem attinet, debet prælectio (1) fieri Testatori, de hujus enim præjudicio & voluntatis indagatione agitur, (2) clare & distincte, ut quid legatur intelligi & cognosci ab omnibus recte queat, incerti enim alias æquæ post ac ante prælectionem, num id quod legitum etiam voluerit disponens manebimus; prælegantur (3) omnia in testamento contenta, quæ scilicet dispositionem ipsam concernunt *Recess. Imper. de Anno 1512. §. 7.* Stryck. *Dissert. de testam. princip. oblat. num. 61.* & de *Cautel. testam. C. 13. §. 20. & 21.* eti forte vel præfatio

fatio, vel testamenti conclusio, dies aut annus omittantur, de his enim cum aliunde constare possit, modo voluntas testatoris sit aperta, parum solliciti erimus, arg. L. 7. C. de testam. praelectionem tamen clausulae codicillaris, quia per eam ex intentione disponentis, in casu deficien-
tium solennium, ultimum ejus elegium sustineri debet, quando forte defectus, mediante hac clausula sanabilis, in
testamento reperitur, omnino necessariam reputamus,
quomodo enim aliquid velle voluisse dici poterit testator
quod factum esse ipse ignorat, add. Bachov. ad Trentl.
Vol. 1. Disp. 13. th. 10. lit. G. sane si quid per errorem, vel ni-
miam festinationem legentis, quod in Scriptura extat,
omittatur; idque testatorem nihilominus serio voluisse,
demonstrari potest, hujus omissione non præjudicabit veri-
tati L. 7. C. de testam. add. Bardil. Exerc. 4. Concl. 4. & in
genere quatenus omissum (nisi forte sit pars substantialis
testamenti, vid. §. 34. 7. de legat.) non quatenus præleatum,
vitiabitur testamentum Cap. 37. de R. 7. in 6to. Denique
(4) ut post prælectionem declaratio ipsius disponentis,
hanc suam esse ultimam voluntatem insequatur, ad va-
liditatem omnino desideratur L. 19. ibi: mentis sua po-
stremum publicavit judicium C. de testam. Recess. Imper. de
Ao 1512. tit. von den Testamenten. Lauterb. Diff. de testam.
judicial. thes. 9. Carpz. p. 2. Dec. 149. n. 13.

§. XIV.

Quoad formam specialem, in ultima voluntate Cœci
insuper requiritur, ut ea non saltem testatori sed & omni-
bus testibus in ultima voluntate adhibitis, fraudis
excludendæ gratia & ne fides dispositionis à sola
scien-

scientia scriptoris seu Notarii pendeat, prælegatur L. 8.
 ibi: testatori recitabit tabularius, simul & testibus, C. qui
 testam. fac. poss. Recess. Imper. de Ao 1512. §. Aber zu eines
 Blinden. Majoris quoque securitatis gratia suadent DD.
 ut prælectio non ab ipso scriptore, sed alio fiat, & testibus
 duobus inspiciendi facultas insimul concedatur, Brunn.
 ad L. 8. n. 7. & seq. qui testam. fac. poss. Stryck. de Cautel.
 testam. C. 4. §. 7. ubi addit in fine; consultum esse ut Nota-
 rius testamenti prælectionem non solum testatori Cœco,
 sed testibus etiam inspicienibus factam esse. In specie te-
 stetur, quod Analphabetum spectat, conductit quidem,
 quando testamentum Scripturæ mandatum est, illud
 non tantum testatori sed & omnibus testibus præleggere,
 sed absolute hoc ad validitatem ejus necessarium esse,
 nullibi constitutum reperio, hinc eti DD. inter cœcum
 & literarum imperitum quoad necessitatem & formam
 prælectionis communem, æquiparationem, Brunn. ad L.
 L. 8. C. qui testam. fac. poss. Stryck. de Cautel. testam. C. 4.
 §. 7. eo quod morali, eti non physica cœcitate laborare
 credatur, admittant, tamen quoad modum specialem,
 & an præcise dum in scriptis testatur, ea in præsentia
 octo testium facienda: non usquequa convenit, &
 Stryck. quidem de Cautel. testam. C. 4. §. 26. ita loquitur,
 ut octavi testis perlectionem tantum necessarium esse
 existimare quis posset, ita enim ait: *Qui tamen octa-
 vis testis non ad omne hujus Analphabeti testamentum ne-
 cessarius est, sed tantum ad testamentum scriptum, ut
 testatoris loco illud perlegat, atque subscribat, cum alias
 hic eadem fraudes intervenire possent qua in cœrorum te-
 stamentis, metuunt & propterea evitare voluerunt le-*
ges

ges &c. Lynck. vero in supra adducta *Decis. 520.* Carpz.
Dec. 149. n. 21. Richt. *Dec. 32. num. 13.* ita differunt, ut prælectionem coram octo testibus etiam hic perficiendam esse non obscure quis inde colligere possit. Ast neutra opinio placet, non prior, quia sola perlectio testis octavi, certum de voluntate testatoris non reddit Judicem, neque an scripta ex aſſe disponentis intentioni convenienter sufficienter probat, & hic alias, ultimam Analphabeti voluntatem ab arbitrio & fide unius hominis dependere, contra juris rationem eveniret; Non posterior, quoniam hujusmodi necessitas, prælectionem testamentariis, ne dicam omnibus in ultima voluntate adhibitis testibus, præcise faciendam esse, nullibi exprimitur, *L. 21. C. de testam.* & tantum ut de peracta prælectione, indeque manifestata disponentis voluntate Judici fides fiat, requiritur, quod *J. Gent.* per duos contingere potest arg. *L. 12. de test.* huic, cum leges Rom. hac in parte nihil addiderint, & majorem testium numerum, saltem ad actus solemnisationem, non vero ad demonstrandam, Scripturæ cum testantis mente, convenientiam, ullibi desiderarint, prælectionem coram duobus testibus factam, sufficere existimamus, vix enim alias ullam, si testibus omnibus, publicanda dispositio foret, testamentum Analphabeti scriptum, utilitatem haberet jung. *Stryk. Diff. de Analph. C. 4.* Eadem quoque reliquis ultimarum voluntatum speciebus convenienter applicanda. Quid de testamento Principi Oblato hac in parte statuendum? supra in *Cap. 2. §. 4.* discussimus, prælectionem quoque sine testium adhibitione, in testamento apud Acta fieri posse facile ex iis quæ in *C. 3. §. 7.* attulimus patet, add. Laut. *Diff. de test. Jud. th. 8.* quæ omnia ad testamento

menta Conjugum reciproca, fratum aliorumve in una charta, (pro ut fieri potest, cum voluntatem cuiuslibet, non materiam in qua, quicquid velit Vinn. ad §. 13. *Inst. de testam.* Hub. in *pral. ad tit. ff. qui testam. fac. poss.* intueamur §. 12. *Inst. de testam.* Gail. 2.0. 117. vid. *Resp. Facult. C. seq.* §. 2. *subjectum*) testantium, inter quos Analphabeti & literarum periti teperiuntur commode extendi possunt, ut quatenus dispositio illos concernit praelectio ad validitatem necessario peragenda, quoad hos intermittenda, quod si denique literatum peritis casibus evenientibus, vid. *Mascard. de probat. Concl. 1359. n. 73. seq.* *Besold. Cons. 204. num. 25.* facienda, à Notario vel alia persona legere valente eam rite fieri posse crederem, nullus enim cum legens relectionem disponentis propriam timere debeat, metus committenda fraudis adest, & per declaracionem testatoris supervenientem, sufficienter de ejus voluntate apparere potest jung. Berlich. *Dec. 397. n. 27.* & ita quoque inclita *Facultas Juridica:* uti ex *Cap. sequenti* patet aliquando respondit. Denique in *præsumptiva prævel relectione*, sive ea revera intercesserit sive non, modo intervenire potuerit, parum refert, nam nihilo minus voluntas sustinetur, egregie enim inquit Scambogen. *tr. de testam. quest. 14. p. 358.* si scriptor scit quod testator legere sciat, non facile fraudem faciet, quoniam se novit esse in periculo, ne testator ipsem relegat, et si testator aliquam in scribente habuerit diffidentiam, procul dubio actualiter relegisset. Et Lynck, ait in *re. 125.* nullibi in legibus constitutum reperitur quod ad fraudem evitandam necesse sit, ut testatorem legisse actu Scripturam constet; quæ omnia tamen ex traditis in *C. 2. §. 11. 12. & 13. de-*

13. declarationem accipiunt. Illud addendum, quod
quatuorvis prælectionem testatori factam esse, in testa-
mento expressum non extet, si tamen eam intercessisse
probari queat, ultima voluntas nihilominus sustinean-
tur, Richter. Dec. 32. num. 13. ibique præjud. Cæterum,
sicuti omnia quæ hactenus de prælectione, cœco, ad
validitatem ultimæ voluntatis, præcise facienda, in to-
ta hac Dissertatione fūlē satis attulimus, non aliter quam
si Scriptura ejus nuncupationem, non si nuncupatio Scrip-
turam præcedat, (nam tunc hæc absolute loquendo ne-
cessaria non est. L. 8. C. qui testam. fac. poss. in princip. &
Recess. Imper. de Anno 1512. tit. von Testamenten. §. Aber
zu eines Blinden) intelligi volumus, ita si Codicillos,
Epistolam, aliamve ultimam voluntatem, sibi ab alio
scribi curaverit, prælectio non coram octo (quid in pri-
vilegiatis voluntatibus obtineat supra monitum) sed
sex testibus instituenda, verba enim dicitur. L. 8. ibi e-
runt observanda & cit. Recess. Sondern auch in Codicil-
len, non absoluta sed respectiva sunt, & proportionem
legibus determinatam involvunt, Struv. Exeercit. 34.
tb. 57. Brunn. add. L. 8. C. qui testam. fac. poss. cum alleg.
Stryck. de Cautel. ult. vol. C. 14.

CAPUT IV.

Breviter effectus prælectionis & contra-
ria proponit.

S U M M A R I A.

§. 1. Considerat effectum omisſa.

F 2

§. 2.

§. 2. Effectum factæ prælectionis.

§. 3. Efficere prælectionem ne quis sibi adscribens, incidat
in Sctum Libonianum & ut adscripta capere possit, addito.
Responso hujus Facultatis, demonstrat.

§. 4. Contraria ut plurimum remissive tractat.

§. I.

HAcenus de causis prælectionis tam externis quam internis pro instituti ratione, satis ut opinor egimus, sequitur ut paucis de ejus effectu distleramus; & quidem alias est omisæ, alias factæ prælectionis effectus, quoties necessario peragenda omittitur, totum quicquid scriptum reperitur, annullatur & nullius momenti dicitur, quod in Cœco propter juris formam L. 8. C. qui testam. fac. poss. Recess. Imper. de Ao 1512. von den Testamenten. §. Aber zu eines Blinden non observata, in literarum im-vel peritis certis in casibus, ob voluntatis defectum & incertitudinem, constitutum reperitur, Carpz. Dec. 149. Besold. Conf. 203. n. 14. Marburg. Vol. 1. Conf. 34. num. 38. Lauterb. Differt. de testam. Jud. th. 24. & 25. Richter. Dec. 32. quoties vero illa intercessit, toties, cæteris paribus, testamentum ultimam voluntatem convalidat, utque illa suum fortiori exitum, efficit.

§. II.

In literarum vero peritis, si ad mandatum disponentis non fiat, & is antequam voluntatem suam relegere possit decadat, nullitatem quoque totius ordinatioonis involvit, ob imperfectionem voluntatis, Masc. Cond. 1359. n. 73. & seqq. Est autem egregius & notabilis adhuc prælectionis

Etionis effectus, quod exclusionem Senatus consulti Líboniani operetur, uti ex subiecto, à Dn. Präside mihi communicato Responso, latius cognoscere licet.

Responsum.

Als Uns Decano, Doctoribus und Professoribus der Juristen Facultät bey Fürstl. Hessischer Universität Gieß en u.

Erste Frage.

Ob nicht besagtes Testament non obstante quod Ha-
ro Joachim, illud propria manu scripsit, propter sub-
nexam Notarii attestationem valere possit, adeoque scri-
bens legitimate hereditatem acquisiverit, desto mehr da be-
sagter Notarius prælectionem omnibus factam esse atte-
xisse?

Wiewohl in Rechten eine ausgemachte Sache ist quod
(1) legatum vel fidei commissum sibi in alterius testamento
adscribens, ob lufpcionem falsi non tantum ejus com-
modo carere debeat, sed etiam pena Legis Corn. de
falsis coercentur. L. 1. §. 7. L. 6. L. 14. L. 15. ad L. Corn. de
falsi. L. 3. 4. & 5. C. de his qui sibi adscripti. Dieses (2) nicht
allein in legatis & fideicommissis, wovon vorangezogene
Textus redit / sondern auch ex identitatis ratione, vielmehr
in heredis institutione platz finden/und solche null und nich-
tig geachtet werden muß. L. 15. §. 3. ad L. Corn. de falsi. L. 1. de
his qua pro non script. hab. uti pluribus probat Carpzov.
Dec. 151. Farin. oper. Crim. p. 6. quest. 150. n. 194. Perez ad
Cod. tit. de his qui sibi adscrib. n. 7. Des Notarii Subscription
(3) Kraft welches nur die solennitate actus constituit/
so wenig/ als wenig/ wann gleich die ihsnen Testatoribus be-

schene Prælection erwiesen werden könnte / genug zu seyn
 scheinet / fürnehmlich darumb quia ad validitatem adscri-
 ptionis iussus testatoris non sufficit L. ult. de his qua pro
 non script. hab. L. 14. & 15. ad L. Corn. de fals. Carpz.
 p. 3. C. 3. D. 9. sed ut testator in subscriptione, hunc ius-
 sum specialiter contestatus fuerit (woran es jedoch allhier
 ermangelt) præcise requiritur. L. 2. C. de his qui sibi adscrib.
 L. 1. §. 8. L. 15. §. 1. ad L. Corn. de fals. Brunn. ad L. 1. ff. de
 his qua pro non script. hab. & ad L. 1. C. de his qui sibi ad-
 scrib. Stryck. de Caut. testam. C. 20. §. 8. Carpz. d. l. def. 10.
 Finckelth. obs. 101. n. 13. Perez ad Cod. de his qui sibi adscr.
 n. 4. Berlich. Dec. 379. zugeschweigen daß (4) in der Præle-
 ction selbsten ein Betrug vorgehn und anderster geschrieben
 als vom Notario gelesen seyn kan. Stryck. de Caut. ult. vol.
 C. 4. §. 7. Auch (5) die drey Brüder Haro Joachim, Ferdinand
 Albrecht Hicco, und Franz Christian von N. N. ein
 Testamentum reciprocum auf einem Papier gemacht /
 welches einige Rechts-Lehrer vor gültig nicht erkennen wollen/
 Anth. Matth. de success. C. 1. §. 22. Vigl. Zuichem. ad §.
 sed & unum Inst. de testam. ord. Alldiweit aber (a) diemehr
 beglaubten Jcti daß nicht allein Ehelente / sondern auch
 andere ein Testamentum reciprocum in eadem charta
 wohl auffrichten mögen / weitläufig behaupten Peck. de
 testam. Conjug. L. 1. C. 19. Reusn. de testam. p. 1. C. 2. n. 18.
 Dauth. ad L. 24. de testam. n. 2. Carpz. p. 3. C. 7. d. 12. n. 1.
 Frantz. 2. Ref. 11. vorbenandte drey Brüder (b) umb das
 Hauf und die Herrlichkeit DD. unzertrennet bey einem uns
 ter ihnen zu conserviren / sich einander zum Erben einges
 setzt / und daß obermeltes Guch jedesmahl bey dem ältesten
 des Stammes bleiben und auff denselben vererbällt werden
 sollte /

sollte / einmächtiglich verordnet / zwahr (c) diese Disposition
 so viel möglich geheim zu halten / der älteste unter ihnen / wel-
 cher von den ausgeschlossenen und abgetheilt gewesenen Brü-
 ders nachgelassenen Curatoribus, der Verlassenschafft halber
 belangeit wird / das Testament / folglich sich selbst mit zum
 Erben geschrieben / mithin wo man nur den blosen Wort-
 Verstand ansehen wolte gegen das SCrum Libonianum im-
 pingirt hat / allein da (d) nicht verba SCti so wohl/ als dessen
 vera ratio & causa finalis respicere werden muß / uti bene
 deducit Joh. Christoph. Harpp. tr. Acad. 4. n. 44 seqq.
 Diese aber (e) dahin ut metus committendi falso &
 omnis suggestio fraudisque suspicio quæ facile in ultimis
 voluntatibus committi potest, excludatur ihre Absicht füh-
 ret / und wo man von dem ungezweifelten Willen des Testa-
 toris und dahierunter keine Gefährlichkeit gebraucht wor-
 den / versichert ist / keinesweges statt findet. L. i. §. 13. ad L.
 Cornel. de Falz. Finckelth. cum plurib. alleg. d. Obs. 101. n. 6.
 seqq. Brunn. ad tit. C. de his qui sibi adser. in test. num. 2.
 Hahn. ad Wesemb. tit. de his que prouon script. hab. n. 1.
 Farin. Q. 150. n. 175. Berlich. Dec. 179. num. 29. Egregie
 hanc in rem Cardin. de Luca, inquit: Lex principaliter
 respicit finem ob quem dictum Libonianum introductum
 est, & an ejus ratio congruat nec ne, hinc proinde ista
 pariter videtur de questionibus potius facti, quam juris,
 cum totum consistat in certitudine, vel incertitudine vo-
 luntatis testatoris, Libonianum etenim inducere solum
 videtur malam presumptionem contra sibi adscribentem, ob
 quam non data contraria probatione, id sufficit ad invali-
 ditatem dispositionis, non autem impedit quin contrarie
 veri-

veritatis probatio etiam adminiculativa attendi debeat &c. in Theatr. veritat. & iustit. de Testam. Disc. 8. num. 25. segg. Und dann (f) de indubitate voluntate testatorum nicht allein (1) aus der von accuraten Testatoribus wohl eingereichtenen (2) zur Conservation der Familie abzielenden/dessen allseitigen Testantibus (3) gleiches Recht zu zwingen! (gesetzten daß der älteste Bruder derer andern Todes erleben würde/ bloß von einem ungewissen Eventu dependire hat) mithin von allein (4) sonder zweifel auffs genaueste revidirten (5) in gegenwart der Zeugen umbständlich declarirten letzten Willen/ ibi: Dass die Herren Testatores NB. Obige Disposition in præsens dazu specialiter erbetheuer sichen Zeugen vor ihren letzten Willen erkläretzr. welche nicht allein de solennitate sed & ordinationis veritate attestirt / und erfolgte Subscription überflüssig constirt / omnia conjunctum ad exclusionem SCri Libonian, sufficere docet', Cardin. de Luca d. l. n. 22. & præ reliquis accurate vide-licet de præsumpta testantium relectione n. 78. & segg. de servata inter omnes testatoris æqualitate incertoque eventu n. 99. & segg. de declaratione coram testibus facta n. 122. segg. & sic de ceteris conjecturis quæ fraudem excludunt Harpp. diet. tract. 4. late agit. wozu (g) noch dieses kompt/ daß denen sämtlichen Testatoribus, wie wir berichtet werden/ vor der Subscription der Notarius diese Verordnung von Worten zu Worten vorgelesen und sie solches für ihren eigentlichen Willen erkandi haben / welche Praelectio wann entweder apud Acta oder coram Notario & testibus geschicket ohngezwifft speciali subscriptioni æquiparari wird. Berlich. Dec. 379. n. 27. Brunn. ad L. 14. ad L. Corn. de fals. gleichwohl auch vom Notario geschehen/von eben

eben vergleichenden Kräfften und Würkung ist. vid. Berlich.
d. l. n. 27. & prælectionem coram solo Notario vel alia
persona fide digna fieri posse, abunde demonstrat Schilt.
in additam. ad Ex. 38. §. 43. sequunturque Farinac. oper.
erim. Q. 150. n. 182. & 218. & 214. JCti Rintel. in Respons.
apud Dn. Wildvogel Disp. de testam. hologr. reciproc. C.
3. S. 6. Hierby (h) keine Falsitatis/ gleich wie in testamento
Cœci, wovon obangezogener Stryck. oder eines Idiotæ, zu
besorgen/ gestalten der Notarius sich dessen daß die Testatores
den letzten Willen entweder durchlesen haben oder solchen
nachsehen werden besorgen muß / eleganter Cardin. de
Luca d. l. n. 23. einföglich aus oberwehnten trifftigern Um-
ständen/ vornehmlich aber ex relectione & à Notario facta
prælectione, indubitate testantium voluntas am hellen
Tage liegt/ so sehen wir nicht/ wie sohnes Testamente/ von
dem Curando, ex Capite nullitatis impugnit/ oder über
einen haussen geworfen werden könne.

§. IV.

Contraria sunt quæ vel prælectionem impediunt, vel
factam enervant, illa vel à parte testatoris vel prælegentis
eveniunt, priori casu si vel testator præmoriatur vel in de-
lirium incidat, & tunc ubi ea ad subsistentiam dispositio-
nis omnino necessaria est, imperfectam intuitu voluntati-
tis ejus nuncupabimus ordinationem, eique omne robur
denegabimus, L. 29. qui testam. fac. poss. Mascard. Concl.
2359. num. 74. seqq. posteriori si obmutefcat prælegens, aut
allo modo à prælegendo distrahabatur, tunc enim vel alias
id quod restat supplebit, aut illud saltem uti in Cap. 3. §. 13.

G

demon-

demonstravimus, quod prælectum & à testatore approbatum vires capiet, est enim & hic intuitu reliquorum quæ disposita sunt, incerta disponentis voluntas. Façans enervant ut paucis dicam omnia illa, quæ vel defectum in forma arguant de quibus in C. preced. §. 13. & 14. actum, vel ultimam voluntatem semel legitime ordinatam tollunt, sublata enim dispositione frustra defectu prælectionis quæstionem instituimus, de quibus qui de testamentis scripserunt videndi, talia enim hic re-

coquere in præsentiarum merito.

supercedemus.

F I N I S.



CO-

et si. 31. 60.

COROLLARIA.

I.

Jus Canonicum apud Protestantes obtinet
non ex recepto sed ex retento.

II.

Quomodo transactio per remedium L. 2. C. de
Rescind. vend. rescindi posse? non capio.

III.

Merum Imperium non solum consistit in execu-
ctione, sed et insuper requirit cognitionem.

IV.

Etiam Consuetudo in Statu Monarchico in-
trudi potest.

V.

Tutoris datio ne quidem hodie est Jurisdi-
cctionis.

VI.

Imperator Receptibus Imperii, non perinde ac
Status, stare tenetur.

VII.

Pœna fractæ pacis publicæ non est ut vulgo
creditur 2000 marcaram auri puri.

G 2

Hacte-

993

Actenus Intactum, præsens, dum rite tueris
Thema, tibi laudes docta Minerva canit.

Nobiliss, ac Doctissimo Dno Can-
didato Auditori suo per aliquot
annos sedulo, de insigni hoc spe-
cimine, cum omnigenæ felicitatis
appreciatione, prolixo affectu
gratulatur.

P RÆ S E S.

Quærere qui sibi vult insigne perennius ære,
Nomen, ad exemplum quærat, Amice, tuum.
Fausti omnis ergo, prolixiore affectu,
quam versu accinebat
BARTOLD GUNTER HINTZ,
Hamburg. Oppon.

So recht GeEhrtester ! so muß das
Lahn-Athen/
Dein wohlverdientes Lob mit grossem
Ruhm ausbreiten /
Ein Jeder sieht schon dein künftig Wohl-
ergehn /
Ja wie Du werdest noch zu hohen Wür-
den schreiten.

Diß

267

Dich ist auch meine Pflicht / womit ich Dich
verehr

Und wünsch das Glück und Wonn Dir
immer folgen müste /

Kein Unfall und Verdrüß zerstöre Deine Ehr /

Dich will der Freundschafts Band womit
ich Dich begrüsse.

Hiemit gratuliret ergebenster
massen
den Herrn RESPONDENTEN
sein getreuer Freund

Georg Jacob Höft.

W Er in der Welt mit Fleiß und Eifer dahin trachteet
Wie Er durch Tugenden sich schwinge hoch
empor /

Der muß / damit Er sey hiernechst auch hochgeachtet
Durch Proben öffentlich sich ziehen andren vor:
Weil Du nun Werthefer / vor andern Dich willst zeigen
Und sich ein Ehren Kranz umb deine Schläff soll
drehn /

So helfe Themis Dir des Pindus Spitz ersteigen /
Der Himmel lasse Dich in lauter Rosen gehn.

Mit diesem wenigen wolte seine Ergebenheit
bezeugen gegen den Hn. Respondenten
dessen ergebenster Freund

J. H. Kirchhoff/ Hamb. Oppon.

Imbri

¶ 54 ¶

I
Mbri feram veluti sequitur ver germina
brumam,

Quæ mulcent, promens, pectora mil-
le modis:

Ut sequitur nubes Phœbus: post tædia
magnūm

Sic operum veniet gloria summus honor
Non igitur pigeat, mi dilectissime Frater!

Hactenus assiduè Te coluisse Themin.
Exultans adsis! Tua nunc sapientia vivit,

Nunc videt Phœbus, nunc Tua Musa
viget.

Paucula hecce in honorem amantissimi
sui Fratris, rudi quidem venâ, fra-
terno tamen sinceri cordio Affectu,
gratulabundus addere volunt

C. F. GOY, LL. Cult.




VD 18



f

TA → OL nw 1+4 Shill verknüpft



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DISSE²³⁵RAT⁸O JURIDICA

DE 1709, 3 a

NECESSARIA ULTI-
MARUM VOLUNTATUM
PRÆLECTIONE,

QUAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
N. FRANCISCO ERNESTO,
HASSIÆ LANDGRAVIO, PRIN-
CIPE HERSFELDIÆ, &c. &c.

PRÆSIDE
N. MELCH. DE THMARO
GROLMANNO,
U. D. EJUSD. FACULT. PROFESSOR. ORD.

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SUBMITIT

D. XXIII. DECEMBR. M. DCCIX.

A. & R.

JOHANNES GOY, MARBURGO HASSUS.

SSÆ-HASSORVM, Typis JOH. REINH. VULPII, Acad. Typogr. Ord.